



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LVI. Wolter von Dorfstadt und sein Sohn Burchard vereignen dem Kloster
Diesdorf das ganze Dorf Winkelstedt, am 5. October 1320.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LVI. Wolter von Dorftat und sein Sohn Burchard vereignen dem Kloster Diesdorf das ganze Dorf Winkelftedt, am 5. October 1320.

Nos wolterus de Dorftat, Nobilis, borchardus Noster filius, volumus ad vniuersorum Noticiam, ad quos presens scriptum deuolutum fuerit, expresse peruenire, quod Nos cum consensu et arbitrio nostrorum heredum, ob reuerentiam et Honorem ihesu christi et eius sanctissime matris marie necnon ob remedium et salutem animarum nostrorum progenitorum et nostrarum siue nostrorum successorum proprietatem tocuis ville winkelftede, quam Geuehardus et fredericus, Thidericus et Hinricus, fratres de Dannenberghe dicti, filii Hinrici militis dicti de Dannenberghe pie memorie, a nobis in pheodo tenere sueuerunt et habere, Discreto viro domino Borchardo, mechtildi priorisse totique conuentui monasterii sanctimonialium ordinis sancti Augustini in Distorp donauimus presentibus libere et donamus. In cuius rei euidentis testimonium presentes litteras super eo dedimus nostris Sigillis lucide roboratas. Datum anno domini M^o. CCC^o. XX^o., Dominica die post diem sancti Michahelis Archangeli.

LVII. Agnes, Herzogin zu Braunschweig, überläßt dem Kloster Diesdorf die Vogtei über das Dorf Hohen-Grieben und einen Hof zu Eikhorst, am 18. October 1320.

Omnibus hoc scriptum cernentibus innotescat, quod Nos Agnes, dei gracia Ducissa Brunswiccenfis, propter deum et salutare Remedium animarum nostre progenitorumque nostrorum sexus vtriusque dedimus et presentibus litteris sollempniter donamus personis in christo deuotis, Priorisse et Conuentui sanctimonialium in Distorp, presentibus et futuris, aduocatiam ville Hogen-griben cum omni commodo et iure, sicut nostra fuit, necnon aduocatiam vnus Curie in villa Eikhorst, quam etiam Illustris princeps clare memorie dominus Johannes, quondam marchio Brandenburgensis, noster germanus, dicto monasterio prius vendidit et donauit, sicut eiusdem littere luce clarius protestantur, nichil nobis et nostris successoribus iuris, quam precariam communem in dicta Curia et super quatuor choros in villa prehabita referuantes. In restaurum tamen huius nostre donationis ex parte dietarum sanctimonialium nobis quindecim marce argenti brandenburgensis sunt per honorabilem virum dominum eiusdem monasterii prepositum integraliter persoluite. Huius facti testes sunt Princeps magnificus dominus Otto dux Brunswiccenfis, noster conthoralis dilectus, Borchardus, Guncelinus et bulfo de Bertenfleue, Bernardus de Schulenborch, milites nostri, bodo de walltoue et Hunerus de knesebeke, armigeri, cum pluribus aliis fide dignis. In cuius Rei testimonium nostrum sigillum vna cum sigillo predicti principis est appensum. Actum et Datum Saltwedele, per manum Hermanni de Luchowe nostri Notarii, Anno domini M^o. CCC^o. XX^o., die sancti Luce.